




DN. VDALRICI ZASII
 LL. DOCT. CLARISS. IN TIT.
 INSTITVTIONVM DE ACTIONIBVS
 enarratio, nunc denuò, accurata locorum quo-
 rundam castigatione, ædita.

HVIC ACCESSIT
*Oratio Nobilis adolescentis Christophori ab Hochemberg,
 in funere Zasij dicta.*
*Epitaphium Zasij, per Erasmus
 Roterodamum.*



Cum gratia & priuilegio Cæsareo.

B A S I L E A E
 APVD MICH. ISINGRINIVM.
 M. D. XXXVII.



NOBILI ET MAGNIFICO VIRO DO
MINO IOANNI PANNGARTER, A PANNGARTEN, DO
mino in Erenbach, cui Augustensi, Cæsareæ & Regiæ maiestatis con
siliario præcipuo &c. Nicolaus Freigius Doctor, & Dnn.

Rupis Spoletanæ, aliàs Rapolsstein, à consilijs,

S. D. P.



I quam liberi parentibus pietatem, si quam præceptori
bus discipuli gratitudinem, si patronis deniq; liberti reue
rentiam aliquam uel obsequia debemus, fieri, fateor, nun
quam posse, Nobilis & magnifice uir, quin haud immeri
tò postlomi naribus iniecta (si saltem alioqui nollem) inui
tis dentibus ad hoc & obtorto collo, instar Cerberi cuius
dam protrahar. Sed tamen non admodum sum à ciuilitate remotus, qui non ali
qua saltem ex parte & nouerim hæc, atq; sæpe mecum sæpius q; repetam. Ve
rum enim est, hanc naturalem nostram uitam, atq; adeò qua aura hac ætherea
uesamur, parètib; quidem acceptam ferimus, eis eam debemus, utputa qui nos
generarint, pepererint, miserè calamitatibusq; plurimis educarint, ad studia
hæc, illaq; multo diuersissima, pro sua uirili instituerint, mirè simul & supersti
tiosè solliciti, ut matris erga filium Persius meminit:

Quicquid calcauerit hic, rosa fiat.

Sed quid hæc obsecro? an non miseria tota? an non calamitate ipsa calamitosior
est uita nostra? cum iuxta Græcorum Posidippi uel Cratetis sententiam melius
foret aut nasci nunquam, aut natum aboleri quamcitissime: quod & Archias
pulcherrimo epigrammate profequitur, quod ita traducendum putarim:

Laudet quis Thracas, pueros quod luce donatos,

Maternoq; sinu prosiluisse dolent,

Queisq; beatus erit uitam qui morte relinquat,

Dum rapit incautum diraq; Parca uirum.

Hinc illos uiuos mala singula uoluerè tentant,

His illinc miseris pharma finis erant.

Hanc in sententiam, nisi Christiani nomine gauderem, & manibus & pedi
bus itarem. Video nanq; uitam illius liberam (est hoc tamen aliquid) & inge
nuam (uitijs autem plerunq; uel hæc si desint, perturbationum affectibus eo ma
gis seruam & deiectam) huius seruilem, alterius paulò tolerabiliorem, liberti
nam tamen, adscriptitiam, censitam, conditionatam, originariam, uel alioquin
proprietas nota, labeq; aspersam & infectam. Atque hæc nihilominus nostræ
hominum deliciae (si dijs placet) & sunt & habentur maximæ. Hinc si cui
quam à domino suo ciuilis & noua uita uix tandem ex seruili conditione obten

ORATIO CHRISTOPHORI AB HOCHEN-
berg, habita Friburgi, frequenti doctissimorum
uironum cœtu, in funere Zalsij.



Quum ipsa ulterò mors Zalsij, uiri undequaq; doctissimi, huma-
nissimi auditoris, satis superq; sit calamitosa, tum haud modis-
sime miseræ est, hoc cum præcipue tempore è uisus excessisse,
quo tot diebus, cõtra antiquum Romanorum pro rostris lau-
dandi morè, tantus heros à nullo uerbis rite celebratus iacuit;
idq; partim quod nõ parum multũ, qui pestem declinauerant,
in urbe presentes nõ fuere, partim quia alius alium expectans,
& hunc honorè alius alij relinquens, omnes interim obmutuerũt. Mihi utrunq;
usu uenit. Nam cum cogitarè, dolore in illum, quem ex Zalsij morte ceperam ma-
ximũ, locorum distantiam non nihil mitigaturã, secessi uerius q̃ fugi: & cum non
pauci essent ingenij doctibus uerborũq; diuitijs me longe maiores, illis ego lubens
in hunc usq; diem locum dedi: qui cum tardius prodirent, tum uero mihi nõ ces-
sandum ratus, quin & optime de me merito, hac saltem confessione gratiam ali-
quam referre, & opintoni eius, quam tum de me, quem Achatem suum nomina-
re solebat, tum de pluribus alijs conceperat, satisfacere. Consolabat enim sese dul-
cissimus ille senex famiam moriturus, atque id se fidelissimis præceptionibus ade-
ptũ gaudebat, ut plures fore arbitraretur, qui mortem ipsius meritò lugerent, plus
res qui ipsam solenni oratione celebrarent. Quæ ne eum spes falleret, cum tot do-
ctissimi fedeant, solus prosilij, & ad tot uirtutes enarrandas modici ingenij, & ad
tanti uiri auctoritatem ætatis non satis maturæ: nihil ueritus si cum pietate linguæ
balbutiẽ deridendã uobis exponere malui, quàm taciturnitate incutere summã
impietate. Sed quorsum tam alte repetita apud æquos & beneuolos iudices pure-
gatio, præsertim in causa adeò iusta, æqua, honesta? Quamobrem ad rem ipsam
accedamus. Quò igitur me uertam; quid primo dicam; querar ne tantũ nobis ho-
num fata diuini inuidisse: at res ipsa clamat, Leuè animos nostros consolatione
aliqua: at in eum miseræ locum deuenimus, ut consolationi locus ferè non sit. An
uirtutũ magnitudinẽ præceptoris nostri ter maximi (qui est præcipuus huius lo-
ci modus) enarrerat uereor ut ingenij mei uires tantis bonis respondeant. Optant
alij cum aliquid magni dicturi sunt, Tullianã eloquentiã, Demosthenis alij facun-
diam, tertij Periclis curiositatẽ, qui cõcionaturus, ne quod ineptũ uerbum impru-
denti elaberet, deos præcatus dicitur. Optant sibi Poète centũ linguas, Vergilius
etiam ferreã uocem. Ego uero quid mihi optare satis sit, nescio, nisi illius ipsius de
quo dico orationis diuinitas, & uerborum fulmina, ut quæ ipse sempiterna memo-
ria digna gessit, ego digna laudibus eius oratione possim assequi. Nec ego diuiti-
us uersabor in ijs quæ ætatem illius præcellerunt, patriam in quam & parentes, ne
aliena magis laudasse uidear: quãquam ne his quidem parũ clarus fuit. Natus est
enim in celeberrimã ciuitate Cõstantia, quæ nõ parum multũ sibi gloriari debet,
quod hoc lumen non Germaniæ solũ, sed toti rei Iuridicæ genuerit. Parentes ha-
buit fumosis quidẽ imaginibus minime nobilitatos, sed nec populari uilitate abs-
fectos, imò aurea illa mediocritate (ut Flacci dicto utar) mire comendabiles, animo
uero ac in tantum filium pietate prorsus tales, quales oratori suo futuro optat Fas-
tius Quintilianus; qui sic uitam eius instituerunt, ut cum etiã nõ ab eorum cola-
lo penderet, atq; in nutricum cura uersaretur, nihil quod in robustiori ætate dedi-
scendum esset, disceret; nihil audiret, quod ferè (prò pudor) fieri solet à parentibus,
dictũ obscenius; ita honestè & sanctè uiuebat cum familia, ut Deo potius dicatũ
diceret locũ illum, quàm priuatae domus œconomiam. Quis nõ iam tum aliquid
magni speraret; quis nõ cum etiã inter nutricũ manus reperet, aliquid singula

EPITAPHIUM D. VDALRICI ZASII,
PER ERASMV M ROT,

Siccine mors crudelis & inuida præripis orbi
Ulrichum Zasium, decus admirabile Iuris
Cæsarei simul & sacri: (paucissima dixi)
Imò doctrinæ totius & artis honestæ
Thesaurum ac mundum locupletem: cuius ab ore
Manabat sermo uel melle suauior omni.
Quid nunc collaudem summum pietatis amorem,
Et mentem cælo dignam: quo iam illa soluta
Corporis inuolucris, fruatur sine fine beata.
Quod superest, te compello studiosa iuuentus,
Tandem pone modum lachrymis, iustoq; dolori,
Vocis adempta tibi Zasianæ copia, uerum
Extant ingenij monumenta perennia, quæ si
Afsidue manibusq; teras, oculisq; frequentes,
Spirat in his loquiturq; uiri pars optima semper.

ALIUD, PER NICOLAV M FREIGIV M:
Zasius hic fatis, æternum nomine notus,
Condor, & id donis Iustiniane tuis.
Viximus: at uictum licet, ad metam usq; recursum,
Posteritas lato nos tamen orbe canet.
Quisquis eris nostri non immemor ergo, supremum
In cineres nostros dicito dulce uale.

IN LAVDEM ZASII, GERVASII
SOPHERI HEXASTICHON,

Nestoreos uiuat Zasius ter maximus annos,
Cæsarei Iuris quo duce castra uigent.
Asserit à cæca Phœbus caligine terras,
Legales tenebras lux Zasiana fugat,
Noxia pallentis mundo deliquia solis,
Deficit hic legum sol, grauiore malo,

DN. VDALRICI ZASII
 LL. DOCT. CLARISS. IN TIT.
 INSTITVTIONVM DE ACTIO.
 NIBVS ENARRATIONES.



10 **N**EMO ignorat quanta in hoc insigni tit. glossarum & cōmentariorum sylua sit cōgesta: quibus factum est, ut materia pulchra quidē, uerum difficilis, quæ certis & pro rei conditione breuib. doctrinis absolui poterat, caligine nō solum disceptationum, sed etiam multarū rerum impertinentiū, nimirū quā sit obducta. Nos itaq; rationē disciplinæ perquirētes, quæ in demōstrationis certitudine cōsistit, sicut Dn. Doct. Sebastianus cō-
 milito noster, in elegāti tractatu de Iuris prudentia docuit, quicquid ad certam actionū cognitionē pertinet, cū possumus fidelissimē resolue-
 mus; nec alligabimur aut adstringemur gll. uel cōmentarijs, nisi quādo id ipsum pro ueritatis cōmodo cōferre poterit. Hunc ergo ordinē in
 20 toto titulo seruabimus. Primo textualia explicabimus, deinde materiā per notabilia, ut nominant, declarabimus: tandē practicā docebimus.

Sebastianus
 Derrer.

Accipio igitur titulū de Actionibus, in quo Imperator noster actio-
 nes sex diuisionib. partitur. Nam prima diuisio respicit causam materia-
 lem, quia aliquæ sunt in personā actiones, aliquæ in rem. Omnium enim
 actionum quibus utimur materia hæc est, ut aut in personā dirigantur,
 aut in rem. Propterea Imp. nominat istam diuisionē, summam diuisio-
 nem, id est, præcipuā, potiorem. Deinde diuiduntur actiones respectū
 causæ efficiētis: quia aut ciuiles sunt, aut prætorix: & de his fit mentio
 in §. sed istæ. Tertio loco causæ finalis considerat, quia aliquæ sunt rei
 persecutorix, aliquæ pœnales, & aliæ mixtæ. in §. Sequens. Quarto,
 30 quo ad causam formalem, quia aliquæ sunt actiones simpli, aliæ dupli,
 tripli, quadrupli. §. omnes. Quinto loco sumit diuisio penes causam
 substantificam, ut Ang. de Aret. nominat: hoc est, ut intelligas, diuisio
 ista respicit intrinsecas qualitates, quæ simul cum actione producunt,
 unde dicuntur substantificæ. Nam intrinseca qualitas uelut essentiam
 rei exhibet, & ita aliquæ actiones sunt bonæ fidei, aliquæ stricti iuris. in
 §. actionum. Et tandem actiones diuiduntur quo ad persecutionis effe-
 ctum: quia aliquæ persequuntur solidum quod petunt, sicut pleræq; om-
 nes actiones: aliquæ nō persequuntur solidum, propter priuilegia com-
 petentiæ, & propter alias causas, quas uidebimus in §. sunt præterea.
 40 Et ita actio uariē diuiditur, uaria ratione & respectu: ad quod allego
 Rodolphum Agricolam, ubi de diuisione tractat: & egregiē posset hæc
 diuisionū uarietas illic pro exemplo adnecti. Scio quod Doct. alij aliter

Diuisiones tit. de
 Actionibus.

